

ІІІАПІІІ

ІЯРУІЧЕСКІІ



1320 М А З

Государственные железнодорожные

железнодорожные

S. E P I P H A N I I  
E P I S C O P I C Y P R I  
O R A T I O

*In sepulturam Corporis Domini*

Nunc primūm in lucem edita ex Bibliotheca

S I M O N I S S I M O N I D A E.



S A M O S C I  
*Cum Priuile. Pont. Sanctit. & Regie Maiest.*  
Martin. Lenscius Typogr. Acad. excudebat.  
Anno Domini M. DC. IV.

D. ITALIA PROTECTORAS D.

D. OLVADIA COMITI  
RANGENO EPISCOPO REGENS  
SANCTI AD SECCINISSI POLO.  
MI VLA CLAVICELA MARCHIO.

SALVATORIS ORATIO

Dicitur: Salve Iesu Christe salve domine salve regnans in saecula saeculorum. Et dicitur: Salve Iesu Christe salve domine salve regnans in saecula saeculorum. O dulcis Iesu Christe, salve regnans in saecula saeculorum. Quoniam tu es Iesu Christe filius dei misericordia nostra. Tu es Christus dominus noster salve regnans in saecula saeculorum. O dulcis Iesu Christe, salve regnans in saecula saeculorum. Tu es Christus dominus noster salve regnans in saecula saeculorum. O dulcis Iesu Christe, salve regnans in saecula saeculorum. Tu es Christus dominus noster salve regnans in saecula saeculorum. O dulcis Iesu Christe, salve regnans in saecula saeculorum. Tu es Christus dominus noster salve regnans in saecula saeculorum. O dulcis Iesu Christe, salve regnans in saecula saeculorum. Tu es Christus dominus noster salve regnans in saecula saeculorum. O dulcis Iesu Christe, salve regnans in saecula saeculorum. Tu es Christus dominus noster salve regnans in saecula saeculorum. O dulcis Iesu Christe, salve regnans in saecula saeculorum. Tu es Christus dominus noster salve regnans in saecula saeculorum. O dulcis Iesu Christe, salve regnans in saecula saeculorum. Tu es Christus dominus noster salve regnans in saecula saeculorum. O dulcis Iesu Christe, salve regnans in saecula saeculorum.

BIBL. ZUERICH  
1653

XIV - 598 - III

ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. D.  
D. CLAVDIO COMITI  
RANGONO EPISCOPO REGII  
SANCT. D. N. AD SERENISS. POLO-  
NIAE ET SVVECIAE REGEM NVNCIO.

SIMON SIMONIDES S. D.



*Vi religionem auorum nostrorum temporibus innouarunt, ut imperitiae hominum plausibilius fucum facerent, id præferre vix sunt, quod fugitiuam antiquitatem retrahere, & mores desitos reuocare satagerent. Contra quos à doctissimis viris in Ecclesia varia via itum est. Nam pleriq; quasi ex iure manum cum illis conseruerunt, & ad ipsos fontes nempe ad præscriptā & expressam verbi diuini normam recurrerunt, statumq; præsentem Ecclesiæ ex prima origine & lege per Christum Salvatorem lata arcessuerunt. Pleriq; etatum & temporū subductis rationibus, explorata omni antiquitate, quibus viris, quibus institutis initio creuerit, quomodo adoleuerit, quos progressus fecerit, quo decursu atque ordine ad nostram etatem peruenecrit, congruam & consonam sibi Ecclesiæ disciplinam aperuerunt, ipsosque nouatores, non tam veterum morum assertores, quam errorum dudum explosorum excitatores esse docuerunt. A pleriq; elaboratum est in scriptoribus, qui nul-*

A ij

la et al.

laetate in Ecclesia defuerunt, & tenebris eruentis, & in lumen proferendis; quorum doctrina ubique constans & perpetua, locupletissima testis est, ijsdem radis nunc Ecclesiam illustrari, quibus olim florebat, neque alia saeculo hoc doceri, quam quae omnibus facultatis promehantur. Hanc tertiam curam, alienorum scriptorum in publicum edendorum, quanquam opera minoris, tamen precij maximi semper ego esse existimau, doctus non uno exemplo, quicunque sese ad lectionem veterum patrum contulissent, doctrina illorum commonefactos, nullo negocio ad viam rediisse, ut plane certissimus sim, non posse commodiore rationem iniri, siue ab errore reuocandorum, siue optima disciplina instituendorum hominum, quam si prisci illi sapientissimi & sanctissimi viri frequentes in ore, in manibus sint, illorumque diuinissima scripta, percrebrescant. Verum haec illi curae sint, qui ex alto Ecclesiam suam curat. Mihi cum in manus incidisset πνωσασματικον quoddam ex eadem vetera gaza, nolui committere, ut diutius luce careret. Oratio est. D. Epiphany de sepultura Corporis Christi; ex qua, praeter summam pietatem atque ad eo enthusiasmum verbi diuini, illud quoque illustri argumento sit, quam celebri ritu parentalia Salvatoris nostri, quae etiamnum in Ecclesia frequentantur, iam tum olim illo aeuo a maioribus nostris usurpata fuerint, quorum ut ceterorum omnium, apud istos nouos antiquitatis ostentatores, vastities & silentium est. Ibi autem Illustriss. Antistes Claudi Rhangone ut primo missu offerre, & dignitas quam sustines, & virtutum tuarum admiratio suasit. Nam cum Legati munus in Polonia ab eo geras, qui

caput

caput Ecclesie est, quique omnibus thesauris religionis pre-  
est, iure optimo, etiam hoc quantumcumque nequicunq; tibi reddi  
debuit. De virtutibus tuis dicendi breuior quidem hic est lo-  
cus, verum is est de te totius Poloniae sensus, nec grauiorem  
& candidiorem virum, nec prudentiorem & dexteriorem  
Legatum in Poloniam à Sanctiss. Sede mitti potuisse, qui  
cùm omnia accuratissime pro Dei gloria facias, tanta tamen  
animi moderatione, tam pacato atq; ad amissim exacto iudi-  
cio ut aris, ut etiam aduersary habeant, quod in te venerentur;  
ipsa Respublica Polona meliores ciues vix agnoscit, præut  
tuus est in illam affectus, immò te tanquam salutare sydus om-  
nes aspicimus. Ego dum in clientellam tuam suscipi cupio, il-  
lud à Deo Optimo Max. peto, ut tantis virtutibus tuis sum-  
ma præmia respondeant. Samoscij Kalen. Iunij Anno  
M. DC. IV.

# Beneuolo Lectori.

**D**Vbitari non potest, genuinam esse hanc D. Epiphanij orationem. quanquam enim paullò diuersior stilus in ea sit, quam qui in alijs eius scriptis reperitur, nihilominus multa sunt argumēto, quæ cum ipsum auctorem approbant. Primum, quod in plurimisque per Europam Bibliothecis manuscripta habetur cum eodem titulo. Deinde, quod in Orientalibus Græcorum Ecclesijs, magno Sabbato recitatur cum nomine Diui Epiphani. Itidem, cum eodem nomine recitatur in Russorum Ecclesijs, translata in linguam Sclauonicam. Postremo, si quis orationem hanc conferat cum ea, quæ ad diem Palmarum, cum nomine eiusdem D. Epiphanij, ex Bibliotheca Antonij Caraphæ Cardinalis prodijt Anno M. D. Lxxxvj. dedicataque est à Consaluo Ponce de Leon Sixto Quinto Pontifici Maximo, genusque dicendi vtriusque consideret, facile agnoscer, ouum ouo similius non esse, vt qui hanc reprobet, illam quoque in dubium vocare necesse habeat. Nouum autem non est, eloquentissimos viros alio genere dicendi sermones ad populum habuisse, alio libros scriptitasse.

Id te admonitum volui.

Se Se

TOY ENA.


# Belligerent Legion.

D  
Aperte non posse, secundum quod esse possit. Et libenter obicitur  
quoniam dissidentes enim benevolentia inimicorum iste in ea datur  
qui in se sit et libertatis et pacis, utilitatis et honestatis causa  
et, das eam inquit suorumque abdicatione. Primum, dux in bello  
litteras per primos et bibliothecarios munitionibus impedit curae  
armis. Deinde, dux in officiis publicis et consiliis, misere  
sapientia regestus est in nomine domini Christi patrum litterarum, cum co-  
deum honoris letitias in Rationem Ecclesiarum, et iustitias in iudicium  
secundum ecclesiarum positionem, et deis orationibus pro confusione  
duorum patrum, cum novum concilium ex-  
datur ad diem Patrum, cum novum concilium. Et libenter obicitur  
Bibliophaes Veneris Celsus Celsus Celsus Celsus Celsus Celsus Celsus  
Tertii, dedicatus est ei et Cognitio Procurat non sine Simeone  
et Iosepho Martino, Secundus dicitur etiam dicitur concilium, Ioseph  
et Iosephus, omnes uno summum non esse, ut dicitur Propter  
Iosephus, duxit in exercitu vocare decem litteras. Nonnum satis  
non es, et delectum litteris sive sive decem litteris.

Ita etiam belli

• 20 •

TO ENRY



# ΤΟΥ ΕΝΑ-

ΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ Η-  
ΜΩΝ ΕΠΙΦΑΝΙΟΥ Ε-  
ΩΣ ΙΩΑΝΝΟΥ Κύπρου λόγος.

ΕΙΣ ΤΗΝ ΘΕΟΣΩΜΟΝ  
ταφὴν τῷ Κυρίῳ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν  
Ιησοῦ Χριστοῦ. καὶ εἰς τὸν Ιωσήφ  
τὸν ἀπό Αρμαθαίας. καὶ εἰς τὴν τοῦ  
ἀδητῷ Κυρίου κατάβασιν. με-  
τα τὸ σωτήριον πάθος παρε-  
δόξως γενθυμένην.

ΤΩΣ ΑΓΙΩ ΚΑΙ ΜΕΓΑΛΩ  
Σαββάτῳ.  
Ἐυλόγισον Δέσποτα.

INTERPRETE STANISLAO PHAENICIO.

Τι τοῦτο σήμερον. συγὴ πολ-  
λὴ σὲ τῇγῇ. τι τοῦτο; συγὴ  
πολλὴ καὶ ηρεμία. λοιπὸν συγὴ σὲ  
πολλὴ οὐκ ὁ Βασιλεὺς ὑπνοῖ. γη  
ἐφοβήθη. καὶ ησύχασεν οὐκ ὁ Θεὸς  
ἐν σαρκὶ ὑπνωσε. καὶ τοὺς ἀσ-  
τιῶνος ὑπνοῦντας ἀνεσήσεν. ὁ Θε-  
ὸς ἐν σαρκὶ τέθηκε. καὶ ὁ ἄδης  
ἐρεόμαξεν. ὁ Θεὸς προσβερεχὸν  
ὑπνωσε καὶ τοὺς ἐν τῷ ἄδῃ εξη-  
γείρε.

Ποῦ ποτὲ νῦν εἰσιν αἱ προβε-  
χέως θεοχαῖ. καὶ φωναί. καὶ  
δόρυβοι. κατὰ τῷ Χριστῷ. ὃ πα-

εγνο-

# S. PATRIS

NOSTRI EPIPHANI E-  
PISCOPI CYPRI  
Oratio.

IN DIVINI CORPORIS SE-  
pulturam Domini & Seruatoris  
nostrī Iesu Christi. & in Iosephum  
qui fuit ab Arimathæa. & in Do-  
mini in infernum descēsum. post  
salutarem passionem. admi-  
rabiliter factum.

SANCTO ET MAGNO  
Sabbato.

Benedic Domine.

Q Vid istud hodie! silentium  
magnum in terra! Quid i-  
stud? silentium magnum. & soli-  
tudo. ceterū silentium magnū:  
quoniam Rex dormit. terra timuit  
& quieuit; quoniā Deus in carne  
obdormiuit. & à seculo dormien-  
tes excitauit. Deus in carne mor-  
tuus est. & infernus contremuit.  
Deus paululū obdormiuit. & eos  
qui in inferno sunt. suscitauit.

Nunc tandem ubi sunt nuperæ  
illæ turbæ? & vociferationes. &  
tumultus aduersus Christum? ὅ

A impij?

impij? vbi populi, & insultus, &  
arma, & lanceæ? vbi Reges &  
Sacerdotes, & Iudices iudicati?  
vbi lampades, & enses, & clamo-  
res inconditi? vbi vulgus, & fre-  
mitus, & custodia inhonesta?  
verè re ipsa, sanè re ipsa verè, po-  
puli meditati sunt inania, & fa-  
tua. Impegerunt in angularem  
lapidem Christum; sed ip si con-  
triti sunt: alliserunt petræ soli-  
dæ, verùm ipsi contriti sunt, &  
in spumam fluctus eorum disso-  
luti. Sustulerunt in ligno petram  
vitæ, quæ descendens, i pto s oc-  
cidit. Colligārunt magnū Sam-  
sonem Solem Deum; sed solu-  
tis à sæculo vinculis, alienige-  
nas & impios perdidit. Occidit  
Deus Sol Christus sub terram,  
& tenebras perpetuas Iudeis fe-  
cit. Hodie salus his qui sunt su-  
pra terrā: & his, qui sunt à sæcu-  
lo subtūs terram. Hodie salus v-  
niuerso mūdo, quantuscunq; vi-  
sibilis, & quātus inuisibilis. Du-  
plex hodie Domini aduētus, du-  
plex œconomia, duplex amor  
erga homines, duplex descēsus  
simil & sui demissio, duplex ho-  
minum visitatio, è cœlo in terrā,  
è ter-

ράγοις. τοῦ oī δῆμοι, καὶ ἐνσά-  
σται, καὶ τὰ ὄντα, καὶ οἰστάσθαι;  
τοῦ oī βασιλεῖς καὶ iερεῖς καὶ κριταῖς  
κατάκριτοι; πά oī λαμπαδεῖς, καὶ  
μαχαιραῖς καὶ θρύλοις οἱ ἀλάκτοι; πά  
οī λαοί, καὶ τὸ Φρύναγμα. καὶ ηκουσα-  
διαήστερονος; αληθῶς οὐλως, ἐπεική  
οὐλως αληθῶς, λαοὶ ἐμέλετησαν πε-  
ναὶ κατάστασις σφένοφαν πᾶς αιρο-  
γνοναίω λιθῷ χειρῖ, ἀλλ' αὐτοὶ<sup>οι</sup>  
συννετριβοσαν. ἀροσέρρηξαν τὴν πέ-  
ρηα τὴν σερεῖ, ἀλλ' αὐτοὶ συνετριβο-  
σαν. καὶ εἰς αφρὸν τὰ κύματα αὐλῶν  
διελύθησαν. ὑψώσαν ἐπὶ ξύλου γῆν  
πέργαν τῆς ζωῆς, καὶ κατελθοῦσα  
αὐτοὺς ἐθάνατωσεν. ἐδέσμησαν Γὸν  
μέγαν Σαμψὼν γῆλιον Θεὸν. ἀλλὰ  
λύσας τὰ ἀταῖς αἰώνος δεσμά, τοὺς  
ἀλοφύλους, καὶ παρενόμους ἀπό-  
λεσεν. ἐδυ Θεὸς Ἡλιος χειρὶς ὑπὸ<sup>ο</sup>  
γῆν, καὶ σκότος ἀνέσεργον Ιούδαιοις  
πεπόιησεν. Σήμερον σωτηρία τοῖς  
ἐπὶ γῆς, καὶ τοῖς ἀπ' αἰώνος ὑπο-  
κάτω γῆς Σήμερον σωτηρία τῷ κό-  
σμῳ ὅστε ὄργανος καὶ ὄσος ἀσφέ-  
τος. Διτὴ σήμερον τοῦ διασώτου  
παρουσία, διτὴ η σινεργία, διτ-  
ὴ φιλανθρωπία, διτὴ κατάβα-  
σις ὁμοῦ καὶ συγκατάβασις. διτ-  
ὴ πῆδος ἀνθρώπους ἐπισκεψίς, ἀτ-  
όμητον Πτη τὴν γῆν, ἀπὸ τῆς γῆς

## ORATIO

Ἐποκάτω τῆς γῆς θεὸς παρεγένεται. Πύλαι ἄδου ἀνοίγονται, οἱ ἀπ' ἀιῶνος κενομημένοι ἀγάλεσθε, οἱ ἐν σκότει καὶ σκοτίᾳ θανάτῳ καθύμενοι, τὸ μεγα φῶς ἔπειδεξαθε. μετὰ τῶν δούλων ὁ Δευτότης· μετὰ τῶν νεκρῶν ὁ Θεὸς· μετὰ τῶν θυητῶν ἡ Γαῖα· μετὰ τῶν ζωευθύνων ὁ ἀνεύθυνος· μετὰ τῶν σκότων, ὁ ἐλευθεροτής· μετὰ τῶν κακολάτων, ὁ ποιεὺς ἀνωτῶν ψευδῶν. Χειρὸς ἐπὶ γῆς, πετισεύμασεν Χειρὸς ἐν νεκροῖς, συγκατέλθωμεν, καὶ θεάσαμεν καὶ τὰ ἐκεῖ μυστήρια. γνώσαμεν κρυπτῶν κρυπτὰ θεῖα γῆν, θαυμάσια. μάθωμεν τῶν καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ ἐπεφάνη τὸ κήρυγμα. τί οὖν; τάντας ἀωλῶς σώζῃ Θηφανῆς ἐν αὐτῇ Θεὸς; οὐ. ἀλλὰ κακοῖς τοὺς πισεύσαντας. χθὲς τὰ τῆς οἰκονομίας, σήμερον τὰ τῆς ἐξουσίας· χθὲς τὰ τῆς ἀνθενείας, σήμερον τὰ τῆς αὐθεντίας· χθὲς τὰ τῆς ἀνθρωπότητος, σήμερον τὰ τῆς θεότητος ἐνδείκνυται. χθὲς ἐρχοίται, σήμερον τῇ αἰσχρῷ τῆς θεότητος τὸ τοῦ ἄδου ράωιται οἰκητήριον. χθὲς ἐδεσμεῖτο, σήμερον ἀλύτοις δεσμοῖς διαδεσμεῖ τὸν τύραννον. χθὲς κατεδικαζ-

το, σῆ

## S. EPIPHAN.

3

ἐ terra subtūs terram Deus apparuit. Portæ inferni pāduntur, qui à seculo dormiūstis, exultate; qui in tenebris & in vmbra mortis sedetis, lucem ingentem excipite. Cum seruis Dominus: cū mortuis, Deus: cum mortalibus, vita: cum fontibus, insons: cum his qui in tenebris, non vesperaſcens lux: cum captiuis, vindex libertatis: cum infimis, qui est supra cœlos. Christus interra, credidimus: Christus inter mortuos, vna descendamus & consideremus quænā illic mysteria? Cognoscamus occulti, occulta sub terra mirabilia. Addiscamus quomodo & his qui in inferno, innovavit præconiu. Quid igitur? Omnesne omnino saluti restituit Deus? minimè. Verū & illic eos qui crediderūt. Heri quę erant œconomiae, hodie quę potentie: heri quę imbecillitatis, hodie quę dominationis: heri opera humanæ naturæ, hodie diuinitatis ostendūtur. Heri alapis percutiebatur, hodie fulgore diuinitatis, inferni percutit domiciliū. Heri ligabatur, hodie insolubilibus vinculis colligat tyrannum. Heri conde-

A ij

mna-

## ORATIO

mnabatur, hodie condemnatis libertatem largitur. Heri ministri Pilati illi insultabant, hodie ianitores inferni eo viso horrore perculsi sunt. Verum enim vero audi Christi passionis rationem sublimorem: audi & decata: audi & celebra: audi & praedica Dei magna mirabilia. quomodo lex locū cedit; quomodo gratia efflo rescit: quomodo figurę prætereunt: quomodo vmbre transeunt: quomodo sol orbē terrarum implet: quomodo vetus testamentū antiquatur: quomodo nouū stabilitur: quomodo vetera transierunt; & quomodo noua effloruerūt. Duo populi tēpore Christi passionis in Sion adfuerūt: alias ex Iudeis, simul alias ex gentibus: duo Reges Pilatus & Herodes: duo Principes sacerdotū: Annas, & Caiphas: vt duo simul pascha fierent: illud quidem cessans, at Christi initū sumens: duæ viatimē eodē vespere perficiebantur: quoniam & duplex salus, viuorū inquā & mortuorum conficiebatur. Ac populus quidem Iudaicus colligabat agnū sacrificans in cœde; populus verò ex gentibus Deum in

## S. EPIPHIĀN.

το, σῆμερον τοῖς καταδίκοις ἐλευθερίαν χάριζεται. χθὲς οἱ ὑπουροὶ τὸ πιλάτης αὐτῷ σύνεμπεζον· σῆμερον οἱ πυλωροὶ τὸ ἄδυτον εἰδόντες αὐτὸν ἐφελέαν. Ἀλλὰ γὰρ ἀκούοντο τὸ χειρὶς τάθοντα λόγον αὐτοτερον. ἀκούοντο καὶ ὑμεῖς τον· ἀκούσον καὶ δόξασον. ἀκούσον καὶ κηρυχον Θεοῦ μεγάλα θαυμάτα. τῶς οὐ νόμος ὑποχωρεῖ· τῶς ηχάεις ἐπανθεῖ· τῶς οἱ τύποι παρερχονται· τῶς αἱ σκιαὶ διαβαίνουσιν· τῶς οὐ ηλιός τὴν σκιαμένην αληροῖ· τῶς η παλαιὰ πεπαλαιώμαται· τῶς η κανὴ βεβαιοῦται· πῶς γάρ αρχαῖα παρῆλθεν, καὶ τῶς τὰ νεανικήν θησε. Δύο λαοὶ ἐν Σιών καὶ τὸ χριστὸν τάθοντα καρδὸν παρεχεύοντεν· οὐ έξ Ιουδαίων, ὅμοι καὶ οὐ έξ εθνῶν. δύο Σαστεῖς· πιλάτος καὶ Ἡράδης. δύο Αρχιερεῖς· Αγγας καὶ Καϊάφας· ἵνα τὰ δύο ὅμοι πάχα γένωνται, τὸ μὲν καταπαυόμενον. τὸ δὲ χειρὸν εναρχόμενον. δύο θυσίας κατ' αὐτὴν τὴν ἑστέραν ἐπετέλεσαντο· ἑστέρη καὶ σωτηρία, ζόντων λέγω καὶ νεκρῶν ἐπαγματεύοντο. καὶ οὐ μὲν Ιερεῖς εἰσόμενοι θυσίαν αὐτὸν ἐν σΦαγῇ. οὐ διεξέ ιεθνῶν Θεον ἐν ταρκί. καὶ οὐ

# ORATIO

μὲν τῇ σκιᾷ ἡτένιζεν· ὁ δὲ τῷ η-  
λίῳ Θεῷ προσέπρεχε. καὶ οἱ μὲν  
δῆγαντες χειρὸν ἀπειθέποντο.  
οἱ δὲ εἰς ἐθνῶν περιβύμεως αὐτὸν ἐ-  
δέχοντο. καὶ οἱ μὲν κτηνόθυτον,  
οἱ δὲ θεόσωμον θυσίαν προσέφε-  
ρον. ἀλλ' οἱ μὲν Ιουδαῖοι τὴν εἰς  
αιγάπτου διάβασιν ἐμνημόνευον· οἱ  
δὲ εἰς ἐθνῶν τὴν ἐπὶ Τῆς αἰλάνης λύ-  
τρωσιν προεκηρύζοντο. καὶ ταῦτα  
τῶν; ἐν Σιὰν τῇ πόλει τοῦ βασι-  
λέως τοῦ μεγάλου. ἐν ἡ ἐιργάσασο-  
σωτηρίᾳ τὸν μέσω τῆς γῆς. ἐν μέ-  
σω θύρας ζώων γνωθεὶς Ἰησοῦς ὁ  
θεός των. ἐν μέσω πάτρος ἢ πνεύ-  
ματος τὸν διὸ ζώων τὸν ζωῆς Φυ-  
σείζων γνωθεῖσμενος. καὶ ἐν μέσω  
ἀγγέλων καὶ αὐθέρωτων τῆς φά-  
τνης θιτόρμενος. καὶ ἐν μέσω θύρα-  
λῶν λίθος ἀκρογονιαῖος κείμενος.  
καὶ ἐν μέσω νόμου καὶ προφητῶν ὁ  
μοῦ κηρωθόμενος. καὶ ἐν μέσω Μαυ-  
σῆ καὶ Ἡλία Πτολεμαῖος ὄστα-  
νόμενος. καὶ ἐν μέσω τῶν θύρας λη-  
σῶν Θεῶς τῷ εὐγενῷ ἀμονί λητῆ γνωθ-  
ίσμενος. καὶ ἐν μέσω τῆς παρόντης  
ζωῆς, καὶ τῆς μελλόντης κρήτης αἰώ-  
νιος καθίζομενος. καὶ ἐν μέσω ση-  
μερον ζόντων καὶ νεκρῶν δειπνὴν ζω-  
ην καὶ σωτηρίαν ποιητάμενος. διτ-  
τὴν πάλιν λέγω ζωὴν. Μετέντην γέν-

# S. EPIPHAN.

3

um in carne. Ille umbrā intueba-  
tur; hic ad Solē Deum accurebat.  
Illi Christum vincētes, alter alteri  
transmittebat; isti verò ex genti-  
bus alacriter eum suscipiebat. Illi  
ex iumentis macstā; hi verò di-  
uini corporis hostiam offerebat.  
Iudei exitus ex Aegypto memorā  
recolebat; hi qui ex gentibus, li-  
berationē ex errore prædicabant.  
Et hæc vbi? in Sion ciuitate Re-  
gis magni: in qua operatus est sal-  
lutem in medio terræ. In medio  
duorum viuorum cognitus Iesus  
Dei filius: in medio Patris & Spi-  
ritus sancti, duorum viuorū ex vi-  
ta, naturā ipsa viuorum agnitus, &  
in medio Angelorum & hominū  
in praesepi progenitus. Et in medio  
duorum populorum lapis angula-  
ris positus, & in medio legis, pari-  
terq; Prophetarum prædicatione  
celebratus, & in medio Moysis &  
Heliæ in monte conspectus: & in  
medio duorū latronum Deus gra-  
to latroni cognitus, sedensque in  
medio præsentis vitæ & future iu-  
dex æternus: atq; in medio viuo-  
rum & mortuorum, duplēm ho-  
die vitam & salutem perfecit. Du-  
plēm rursum dico vitam, dupli-

A iii

cem

cem generationem, simulq; regeneratiōem. Et audi Christi duplīcis nativitatis opera, & plaudere ob miracula. Angelus quidem Mariæ maternam Christi generationem nunciauit; angelus verò Mariæ Magdalena ex sepulchro regenerationē annunciauit. Noctu Christus in Bethleem nascitur; noctu rursum in Sion renascitur. Fasias circa nativitatem suscipit; fascijs & hīc inuoluitur. Mirrham natus accepit: mirrham & in funere alloénque recipit. Illic Ioseph maritus nec maritus Mariæ, at hīc Ioseph ex Arimathæa. In Bethleem in præsepi generatio; verū & in sepulchro tanquam in præsepi locus. Primi pastores Christi nunciabant generationem: sed & primi omnī pastores Christi discipuli annunciauerunt Christi à mortuis regenerationem. Illic Aue Angelus ad virginē exclamauit; & hīc Auetē magni consilij Angelus Christus, hac voce mulieres compellauit. In prima generatiōe Christus post quadraginta dies ingressus est in terrestrem Hierosolymam, in templū; & obtulit ut primogenitus parturitum

## S. EPIPHAN.

νησιν ὁμοῦ καὶ ἀναγέννησον. Ῥᾳδίους Χειρού σῆμοῦ τόκου τὸ πράγματε καὶ κρότει τὰ θαύματα. Αὐγέλος μὲν τῇ Μαρίᾳ μητέρῃ τοῦ Χειρού γέννησον εὐηγέλισατο. Ἀγέλος δὲ τῇ Μαρίᾳ τῇ Μαγδαληνῇ τὴν ἐν τῷ τάφῳ ἀναγέννησον εὐηγέλισατο. νυκτὶ Χειρού ἐν Βηθλεέμ γέννησατ. νυκτὶ πάλιν ἐν τῇ Σιών ἀναγέννησατ. σπάργανα εἰς τὴν γέννησον κατεδέχεται· σπάργανα καὶ σπιάντα κατελυίσσει· σμύρναν γεννήσεις ἐδέξατο· σμύρναν καὶ ἐν τῇ Τεφῆ καὶ αλονν κατεδέχεται. εκεῖ Ιωσήφ οἱ ανανδρος ἀνήρ Τῆς Μαρίας· ἀλλ' ἀδειῶσθαι οὐκέτι Αριμαθαῖας. ἐν Βηθλεέμ ἐν φάτνῃ ὁ τόκος· ἀλλὰ καὶ ἐγένωται τάφῳ ἡστοι φάτνης· ὁ τόπος. τρώτοι ποιμένες τὴν Χειρού εὐαγέλιζοντο γέννησον· ἀλλὰ καὶ πρώτοι παντῶν ποιμένες Χειρού παθηταὶ εὐηγέλισθοσαν τῷ Χειρού τὴν ἐν ράντινον ἀναγέννησον. εκεῖ χαρεῖ ὁ "Αὐγέλος τῇ παρθένῳ ἐβόνος· καὶ ἐνταῦθα, χαίρετε ὁ τῆς μεγάλης Θελῆς" Αὐγέλος Χειρού ταῖς γυναιξὶ ανακένεσσεν. ἐν τῇ τρώτῃ γεννήσει Χειρού μετὰ τεσσαράκοντα ἡμέρας εἰσῆλθεν εἰς τὴν επιγείου λέγουσαντην εἰς τὸν ναὸν, καὶ πεσπάγαγεν ὡς τρώτοτοκος ζεῦγος

τρυγό-

# ORATIO

τρυγόνων Θεῷ. ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ ἐπι νε  
κρῶν ἀνασάσει Χριστὸς μητέ τεοσα-  
ράκοντα ἡμέρας ἀνῆλθεν εἰς τὴν ἄνω  
Γεργσαλήν, οὐδεν δὲ ἐχωρίδην, καὶ  
εἰς τὰ ὄντας ἀγιὰ τὰν ἀγιῶν ὡς  
πρωτότοκος ἀφθάρτος ἐπι νεκρῶν,  
καὶ προσῆγαγε τῷ Θεῷ καὶ πα-  
τρὶ ὡς δύο ἀμάρτιους τρυγόνας τὴν  
Ψυχὴν καὶ τὴν σάρκα τὴν προτείχουν.  
ἐν καὶ ὑπερβέβατο ἐπι Σιμεων τις ὁ  
ταλαιός τῶν πρεσβυτῶν Θεὸς καὶ πα-  
τὴρ. ὡς ἐν ἀγνάλαις ἐν ιδίοις πόλ-  
ποις ἀπεργράπτοις. εἴαν δὲ μοθι-  
κῶς ταῦτα καὶ πιστῶς ἀπούεις, κα-  
τηγορεῖσθαι τοις αἱ ἀλυτοῖς σφεργί-  
δεσ τῇ θεατολογίᾳ τῆς ἀναγέννησε-  
ως Χριστὸς μητρὸς ὡσας γὰρ ἐσ-  
Φεργισμένων τῇ πανεμφύτῳ μη-  
τρανοίτων κλείθεων τῆς παρθενι-  
κῆς Φύσεως Χριστὸς ἐπι παρθενου γε-  
γέννηται. ὅντας ἀδιανοίτων ὅπων  
τῶν τετάφου σφεργίδων ἡ Χει-  
σοῦ ἀναγέννησις ἀπέσκεψται. Πᾶσι  
δὲ ἐν τάφῳ καὶ ὑπό τινων Χριστὸς  
ἡ ζωὴ κατέτεται; τῶν ιερῶν λο-  
γιῶν ἀκούσαμεν.

Οὐ φίας γενοφεντις φησίν. ἥλθεν ἄν-  
θρωπος πλεῖστος τούνομα Ιωσὴφ.  
Ἐγενότολμήσας εἰσῆλθεν πρὸς Πι-  
λάτον. καὶ ἤτάτο παρ' ἀντεῖ τὸ  
σῶμα τοῦ ἵητοῦ. εἰσῆλθεν βροτὸς

πρὸς

# S. EPIPHAN.

7

rum Deo: verū & in resurrectione  
à mortuis Christus post quadriginta dies ascendit in superam  
Hierosolymam, à qua non erat  
separatus; & in verè sancta san-  
ctorū, ut primogenitus incorru-  
ptus à mortuis, & obtulit Deo &  
patri vt duas immaculatas turtu-  
res, animam & carnem nostram:  
quē suscepit, veluti Simeon qui-  
dam, antiquus dierū Deus & Pa-  
ter, tanquam in vlnas, in propri-  
os sinus infinitos. Si verò hæc vt  
fabulosa, & nō fidei gratiā audis,  
accusat te non dissoluta sigilla  
regenerationis Dominici Christi  
sepulchri. Quemadmodū enim  
obsignatis, ab ipsa natura inditis,  
patefacentibus vterum claustris  
virgineę naturę, Christus ex virgi-  
ne natus est: sic Christi regenera-  
tio, cùm non essent aperta sepul-  
chri sigilla, facta est. Qua autem  
ratione, & à quibus in sepulchro  
Christus vita conditur, sacras lit-  
eras audiamus.

Vespere, inquit, facto, venit ho-  
mo diues, nomine Ioseph. Hic  
sumtā audaciā ingressus ad Pilatū-  
tum, & petiit ab eo corpus Iesu.  
Ingressus mortalis ad mortale, pe-  
tens

tens, ut accipiat Deum, Deum mortalium. poscit lutum à luto accipere, plastem omniū: fænum à fæno recipere cœlestem ignem: gutta misella, à gutta misella accipit abyssum. **Quis** vidit? quis vñquam fando audiuit? ut homo homini factorem hominum largiretur? Iniquus iniquorum amissim & legem, pollicetur donare. Iudex nullius iudicij, tanquam cōdemnatum, iudicem iudicū, sepieliendum permittit.

Vespere, inquit, facto, venit homo diues nomine Ioseph. verè diues, siquidem omnē compositam Domini hypostasim rettulit. sanè diues, quoniam duplēm substantiam Christi à Pilato accepit: enīmuero diues, quoniam haud estimatam margaritā dignus habitus est ut referret: reuera diues: loculos enim retulit plenos thesauro diuinitatis. **Quomodo** non diues, nimirum mundi vitam & salutem nactus? quomodo non diues Ioseph, dono accepto Christo, qui omnia alit, & omnib. dominatur? Vespere facto, erat enim serū, cùm occidisset in infernum

## S. EPIPAN.

πρὸς Βροτὸν, ἀπούμενος λαβεῖν τὸν Θεὸν, τὸν Θεὸν τῶν Βροτῶν ἀπέτακ. πηλὸς πρὸς πηλὸν λαβεῖν τὸν πάντων πλαστηργὸν. ὁ χόρτος παρὰ χόρτος κομισαθῆτο δράμιον τῷρ. η σεγών η οικηρὰ παρὰ εργόνος οικητὴ λαμβάνει τὴν ἄβυσον. τὶς ιδὲ; τὶς ηκτσε πάποτε; ἀνθρώπος ἀνθρώπῳ τῷ αιστητῷ ἀνθρώπων χαετόμενος; ἀνομος τῷ ἀνόμων τὸν ἔρον καὶ τὸν νόμον ὑπερχνεῖται χαρίζεσθαι. πελῆς ἀνερτος ὡς κατάκριτον τὸν κριτὴν τῷ κριτῶν εἰς ταφὴν ἀφίσσιν.

Οψίας γενομένης, Φησὶν, ἥλθεν ἀνθρώπος πλάστος τὸνομα Ἰωσὴφ. ὄντως πλάστος, ὡς πλάστας τὴν σύνθετον τὴν κυρίαν ὑπόστασιν κομισάμενος. ἀληθῶς πλάστος, οὐ τὴν δητὴν ἐσίαν τοῦ Χριστοῦ παρὰ Πιλάτου ἰλαβε. καὶ γὰρ πλούσιος, οὐ τὸν ἀτίμητον μαργαρίτην ἡξιάδη κομισαθῆ. ὄντως πλάστος, βαλάνηον γὰρ εβάσσετε γέμον τὸ θηταύρε τῆς θεότητος. τῶς γὰρ οὐ πλάστος τὴν τὴν κόσμου ζωὴν καὶ σωτηρίαν κτησάμενος. τῶς δὲ οὐ πλάστος Ἰωσὴφ. διόρον δεξάμενος, τὸ πάντα πρέφοντα καὶ πάντα δειπόζοντα; Οψίας γενομένης, ην γὰρ λοιπῶν, δύσας ἐν ἄσῃ ὁ τῆς σιναϊοσύνης ἥλιος.

# ORATIO

ηλιος. διὸ ἡλθεν ἄνθρωπος πλού-  
σιος τοῦναμα Ἰωσὴφ ἀπὸ Φε-  
ραίας, ὃς ἦν κρυβόμενος διὰ τὸν  
φόβον τῶν Ιουδαίων· ἡλθε στέκου-  
Νικόδημος, ὁ ἐλθὼν πρὸς τὸν Ἰη-  
σὸν υπῆρχε. μυστήριον μυστηρίων  
ἀπόνευθεν· διύο κρυπτοὶ μαθη-  
ται κατέκρυψαν Ἰησοῦν εἰς τάφῳ  
ἔρχοντας, τῷ κρυπτῷ τῷ δῷ αὐτῷ  
μυστήριον, τοῦ κρυπτοῦ Θεοῦ εἰς  
σαρκὶ, διὰ τῆς ιδίας κρύψεως  
διδίδοσκοντες τὸ μυστήριον· ἐτερος  
δὲ τὸν ἑτερον ὑπερβάλλων τῇ πρὸς  
χειρὸν διαθέσει. ὁ μὲν γὰρ Νικόδη-  
μος εἰς τὴν σμύρην εἰς τὴν ἀλώνι με-  
γαλόψυχος· ὁ δὲ Ἰωσὴφ εἰς τὴν  
πρὸς Πιλάτον τόλμη ἢ παρροσία  
ἀξιέπαγος. ὅντος γὰρ πάντοι φόβου  
διπορόνταμενος, τολμήσας εἰσῆλ-  
θεν πρὸς Πιλάτον, αἰτούμενος τὸ  
σῶμα τῷ Ἰησῷ· καὶ εἰσελθὼν πανσό-  
φως ἐγχήσατο, ἵνα τοῦ ποθεμένου  
σκοπεύῃ τὸν γένη. διὸ ἐκέντησα τὸ  
πρὸς Πιλάτον κόρυπτος θοικῷ ὑψι-  
λοῖς ρήμασιν, ἵνα μὴ εἰς ὄργην τοῦ-  
τον ἔξαψας ἐπτέση τῆς αἰτήσεως·  
οὐδὲ λέγει πρὸς αὐτὸν. Διὸ μοι τὸ  
σῶμα τῷ Ἰησῷ, τῷ προβερχόμενῷ τὸν  
ηλιον σκοτίζαντος, τὰς τετρας ρή-  
ξαντος, καὶ τὴν γῆν δονήσαντος καὶ τὰ  
μηναῖα ἀνοίξαντος, καὶ τὸ καλαπέ-  
τσηματήν ταῦχισαντος. ἐδεν τοις-

# S. EPIPHAN. 9

num iustitiae sol. Quapropter ve-  
nit homo diuīs nomine Ioseph  
ab Arimathaea, qui erat occultus  
discipulus, ob metum Iudeorum:  
venit autē & Nicodemus qui ve-  
nerat ad Iesum nocti. Mysteriū  
mysteriorum absconditum: duo  
occulti discipuli, occulere Iesum  
in sepulchro veniunt: occulto in  
inferno mysterium: occulti Dei  
in carne, per propriam occultationem docent mysterium. alter  
autem alterū superat erga Chri-  
stum affectu. Nicodemus quidē  
in myrrha & alōe magnanimus :  
Iosephī verò ob audaciā aduersus  
Pilatum & confidentiam dignus  
laude: hic enim metu omni ab-  
iecto, sumtā fiduciā, ingressus est  
ad Pilatum petens corpus Iesu;  
& ingressus, prudentissimè se ges-  
sit; vt desiderato proposito poti-  
retur. Idcirco nō est usus iactabū-  
da aliqua ad Pilatum atque elata  
oratione: ne si eū ad iram inflam-  
masset, excideret petitione. neq;  
sic cōpellat. Da mihi corpus Ie-  
su, qui nuper solem obscurauit,  
qui petras dirrupit, terrā con-  
cussit, monumenta aperuit, velū  
templi discidit. Nihil tale ad Pi-  
latum

latum loquitur. Quid ergo? Petitionem quandam miserabilem, & apud omnes exilem. O iudex, veni petens à te petitionem quādam valde parvam. Atq; ita: Da mihi mortuum ad sepulturā corpus illius à te cōdemnati Iesu Nazarenī, Iesu pauperis, Iesu domū non habentis, Iesu suspensi, nudi, vilis, Iesu fabri filij, Iesu vinclī, subdialis, hospitiis, & peregrīe incogniti, despecti, & supra omnes suspensi. Da mihi hunc hospitem; cuius enim tibi vtilitatis corpus huius hospitis? da mihi hunc hospitem: è longinqua enim venit regione, vt seruaret hospitem: descendit in loca tenebrosa, reduce-re hospitem. Da mihi hunc hospitem, ipse enim & solus est hospes. Da mihi hunc hospitem, cuius regionem ignoramus ho-spites. Da mihi hunc hospitem, cuius patrē ignoramus hospites. Da mihi hunc hospitem, cuius locum & modum ignoramus ho-spites. Da mihi hunc peregrinū, qui peregrinam vitam & victum tolerauit peregrīe. Da mihi hunc Nazarenū hospitem, cuius generationem, & vitæ rationem i-noramus.

τὸν πέδον πιλάτον λέγει. ἀλλάν;  
ἄιτησίν ήνα σικεράν, καὶ τοῖς πᾶσι  
μικρὰν. Ὡκειτά· αἰτέμενος πα-  
ρὰ σου ἐλήλυθα· αἴτησιν πάνυ μι-  
κράν. καὶ σύτως· δός μοι νεκρὸν  
πέδον ταφὴν τὸ σῶμα, ἐμένου τοῦ  
παρὰ σου καταχειρίζεντος Ἰησοῦ τῆς  
Ναζαρενοῦ, Ἰησοῦ τοῦ πλαχῆ, Ἰη-  
σοῦ τῆς αοίκη, Ἰησοῦ τῆς κρεμαμένης,  
τῆς γυμνῆς, τῆς εὐτελῆς, Ἰησοῦ τῆς τέ-  
κτονος υἱοῦ, Ἰησοῦ τῆς δεσμίδης, τῆς αι-  
θρίας, τῆς ξενῆς, καὶ ἐπί ξενίᾳ αγνωμέ-  
νου, τῆς εὐκαλαφρού ήτο. καὶ ἐπί πάσι  
κρεμαμένης. Δός μοι τὴν τὸ ξενον  
τῇ γῇ σεώφελει τὸ σῶμα τέττα τὸ  
ξενόν; δός μοι τὴν τὸ ξενον. εἰ μα-  
κρὰς γὰρ ἡλεγῆς χάρεσιν ἵνα σῶμα τὸ  
ξενον κατηγάλει γὰρ εἰς τὴν σολήνην α-  
νένευκα τὸν ξενον. Δός μοι τὴν τὸ  
ξενον· αὐτὸς γὰρ καὶ μόνος ὑπάρχει  
ξενος. Δός μοι τὴν τὸν ξενον, οὐ λί-  
νος τὴν χάρεσιν αγνωμένην οἱ ξενοι.  
Δός μοι τοῦτον τὸν ξενον, οὐ λίνος τὸν  
πατέρα αγνωμένην οἱ ξενοι. Δός  
μοι τοῦτον τὸν ξενον, οὐ λίνος τὸν τό-  
πον καὶ τὸν τρόπον αγνωμένην οἱ ξε-  
νοι. Δός μοι τοῦτον τὸν ξενον, τὸν  
ξενὴν ζωὴν καὶ βίον, ξησαργεῖ ἐπιξε-  
νά. Δός μοι τοῦτον τὸν Ναζαρε-  
νον ξενον, οὐ τὸν τόπον καὶ τὸν τρό-

## ORATIO

τῶν ἀγνωσῦμεν οἱ ξένοι. Δός μοι  
τοῦτον τὸν ἐπούσιον ξένον τὸν μὴ  
ἔχοντα ὥστε τοῦ τὴν κεφαλὴν κλί-  
ναι. Δός μοι τοῦτον τὸν ξένον, τὸν  
οὐς ξένουται ξένης αἰσιον εἴτε Φά-  
τνης Τεχθέντα. Δός μοι τοῦτον τὸν  
ξένον τὸν εὖς αὐτῆς τῆς Φάτνης οὐς  
ξένον εὖς Ἡροδού Φυγόντα. Δός μοι  
τοῦτον τὸν ξένον, τὸν εὖς αὐτῶν  
τῶν παρεγάναντον οὐ Αἰγύπτῳ ξενω-  
θέντα, οὐ πόλιν ἔχοντα, οὐ κάμην,  
οὐχ ὄπον, οὐ μονὴν, εἴτε ἀλλοδα-  
πης οὐκετὶ χώρας τυγχάνει ἕτος οὐ  
ξένος. Δός μοι ὡς ἡγεμῶν τοῦτον  
τὸν εἴτι ξύλου γυμνὸν, σκεπάσω  
τὸν τῆς ἐμῆς Φύσεως σκεπάσαν-  
τα γύμνωσιν. Δός μοι τοῦτον τὸν νε-  
κρὸν ὄμενον καὶ γυμνὸν, σκεπάσω  
τὸν τὰς ἐμὰς ἀνομίας καλύ-  
ψατα. Δός μοι ὡς ἡγεμῶν νεκρὸν,  
τὸν εἴτι Ιορδάνου τὴν ἐμὴν ἀμφε-  
τιὰν οὐδαμόντα. Ταῦτα νεκροῦ πα-  
ρεπαλῶ, ταῦτα πάντων ἀδικηθέν-  
τος, ταῦτα φίλου πειθέντος, ταῦτα  
μαθητοῦ πεισθέντος ὑπὸ ἀδελφῶν  
διωχθέντος, καὶ ὑπὸ δούλων πατιθέν-  
τος. Ταῦτα νεκροῦ πρεσβευτῶν, ταῦτα  
τῶν οὐτῶν αὐτῶν οὐ πολεμάσειν.

θεραπέυ-

## S. EPIPHAN.

ii

gnoramus hospites. Da mihi hūc  
voluntarium hospitem, non ha-  
bentē hīc, vbi caput reclinet. Da  
mihi hunc hospitem, tanquam  
hospitem, in hospitio sine domo  
propria in præsepi collocatum.  
Da mihi hunc hospitem, qui ex  
eodem præsepi, vt hospes, pro-  
pter Herodem fugæ se dedit. Da  
mihi hunc hospitem, qui ab ipsis  
incunabulis in Ægypto hospitio  
vñus est: non habentē ciuitatem,  
non vicū, non domū, non man-  
sionem in extranea verò regione  
est hic hospes. Da mihi ô Præses  
hunc in ligno nudū, vt eum cō-  
periā, qui meę naturę cōoperuit  
nuditatē. Da mihi hunc mortuū  
iuxta & nudū, vt eum cōoperiā,  
qui meę naturę cōoperuit nuditatem:  
Da mihi ô Præses hunc in  
ligno nudū, vt eum contegā, qui  
meas iniquitates cōtexit. Da mi-  
hi ô Præses vt sepeliā mortuū, qui  
in Iordanē meum peccatū sepeli-  
uit: pro mortuo obsecro, qui ab  
omnibus iniuria affectus, ab ami-  
co vēditus, à discipulo proditus,  
à fratribus infestatione vexatus, à  
seruo alapis percussus est: pro  
mortuo oro, qui est ab ijs conde-

B ij mnatus

mnatus , qui sunt ab eo ex seruitute liberati: qui est abijs , quos ipse sanauit , vulneratus: qui est à discipulis desertus , ipsaque matre priuatus: pro mortuo ô Præses supplico , qui est in ligno suspensus , domo carens : non enim adest huic , non pater in terra , non amicus , non discipulus , non cognati , non vespillo ; verùm ipse unus unius unigenitus , in mundo Deus , & non aliis.

Hæc sic Ioseph ad Pilatū cùm esset locutus , iussit Pilatus ut daretur ipsi sanctissimum corpus Iesu . Et cùm venisset in locum Golgotha , depositum Deum in carne ex ligno , & ponit in terram : Deum non nudum , & hominem nō simplicem : & aspicitur positus infrà , qui omnes traxit ad supera : & pauxillūm caret vitali aura , omnium vita & spiritus : & aspicitur visu orbatus , qui creauit multos oculos : & iacet supinus , omnium resurrectio : & emoritur carne Deus , qui mortuos suscitat : & silet paulisper Verbi Dei tonitru : & tollitur manibus , qui terram continet pugno . Nämnam igitur numnam ô Ioseph , qui

## S. EPIPAN.

θεροδέντων καταπριοθέντος τῷ ιωάννῃ ὥξος ποιοθέντος τῷ ὑπὸ τοῦ Ιωάννου ὑπὲρ αὐτῶν τραυματιοθέντος τῷ ὑπὸ τοῦ μαθητῶν καταλειφθέντος καὶ αὐτῆς τῆς μητρὸς ἀποσεβηθέντος . Ταῦτη νεκροῦ ὁ ἡγεμὼν δυσωπῶν , τῷ ἐπὶ ξύλῳ πρεμαρμένᾳ ἀσίτε . οὐδὲ πάρεστι τέτωρ πατήρ ἐστι γῆς , οὐ φίλος οὐ μαθητῆς , οὐ συγγενεῖς , οὐ καρφιασῆς . αλλὰ αὐτὸς μόνος τοῦ μονού μονογενῆς , εἰς κόσμῳ Θεὸς καὶ ἄλλος οὐδείς .

Τέτων γέτως τὸ ιωάννηφ τρὸς πιλάτον λέγοντος , ἐκέλευσεν , ὁ Πιλάτος δεῦθηντας αὐτῷ τὸ πανάγιον σῶμα τῇ Ἰησῷ καὶ ἐλθὼν ἐπὶ τὸν Γολγοθατόπον , καθεῖλε Θεὸν εἰς ταρκίαπὸ τοῦ ξύλου , καὶ τιθησιν ἐπὶ γῆν . Θεὸν οὐ γυμνὸν καὶ ἀνθρώπου οὐ ψιλον . καὶ ὅραται καίμενος κάτω . ὁ τάντας ἐλκύτας ἄνω . καὶ γίνεται προσβραχὺ ἀπνούς , η τάντων ζωὴ καὶ τανόν . οὐ ὅραται ἀσύμματος , ὁ κτίσας τολυόματέ . καὶ καίτηται ὑπὸ τοῦ πάντων ἀνάστασις . καὶ νεκροῦται σαρκὶ Θεὸς , ὁ τοὺς νεκροὺς ἀνίσταν . καὶ σιγῇ προσβραχὺ η τοῦ Θεοῦ λόγου βροντὴ . καὶ ἀρεται ταλάμας , οὐ την γῆν κατεχων δρακὶ . Άρα γὰρ ἀρα ὁ ιωάννηφ

## ORATIO

S. EPIPHAN.

13

σὴφ αἰτήσας καὶ λαβὼν, οἴδας  
 ὃν εἶλφας; ἀρεὶ πέσσελθῶν τῷ  
 σπυρῷ καθελῶν Ἰησοῦν οἴδας ή-  
 νὰ εὐάξεσας; εἰ ὅντως οἴδας ὃν  
 περιτεῖς, γῦν γέγονας ἀλούσος.  
 Πᾶς δὲ ἀρεὶ τὴν θεόσωρον Ἱαύ-  
 την καὶ Φεικοδειεσάτην Ἰησοῦν ἐ-  
 πιτελεῖς οἰδίαιν; ἐπαγνετός σου δὲ  
 πόθος· ἀλλ' ἐπαγνετότερος ὁ τῆς  
 ψυχῆς σου τρόπος. ἀρεὶ γὰρ ἀρεὶ οὐ  
 φρίτης, ὃν τὰ χερουβίμο φρίτου-  
 σιν, εἰς τὴν βασάζων. ή τῶν  
 ἡ Φόβῳ πάντως τῆς Θείας ἐκείνης  
 σαρκὸς ἀπογυμνοῖς τὸ λέντιον;  
 πῶς δὲ οἴδεις εὐλαβῶς τὸ ὄμρα  
 κατέσελαμ, φρίτων ἐνατενίζων, ἀ-  
 νακαλύπτων φύσιν σαρκὸς Θεοῦ,  
 τοῦ ταύτῃ φύσιον. ἀρεὶ γὰρ ἀρεὶ εἰ-  
 τέ μοι ὡς ἱωσήφ, καὶ πέρος ἀναρο-  
 λὰς κατεθάτεις νεκρὸν, τὴν ἀ-  
 νατολὴν τῶν ἀνατολῶν. ἀρεὶ δὲ γὰρ  
 τοῖς σοις δακτύλοις νεκροπτεωῶς  
 Ἰησοῦν καταλείπεις τὸ ὄμρα. ἀρεὶ,  
 τὸ τῷ ἀχράντῳ δακτύλῳ τοῦ τυ-  
 φλῷ ἀνείξαντος ὄμρα. ἀρεὶ δὲ γὰρ  
 τὸ σόμα τερψιλέοις τῷ τῷ μο-  
 γιλάλῳ ἀνείξαντος σόμα· ἀρεὶ δὲ  
 καὶ χειρὶς τερψιλήης, τῷ ἀπτεί-  
 γαντοστὰς ἔνεγνθέσας χειρας. ή  
 καὶ τὸ πόδας νεκροπτεωῶς κατα-  
 δεσμεῖς τῷ τῷ εαδίζειν δόντος τοῖς  
 ἀκινήτοις

qui petieras, & accepisti scis quē  
 accepferis? nūmnam postquam ad  
 crucem accessisti, & deposito Iesu  
 scisti quē portasti? si verē scis  
 quem tenes, nūc factus es diues.  
 Quomodo verò tandem & diui-  
 ni corporis hoc maximè tremen-  
 dum Iesu peragis funus? laudabi-  
 le tuū studium; sed laudabilior a-  
 nimi tui sententia: nūmnā enim  
 nūmnam nō horres, quem Che-  
 rubim horrēt, in manibus gestāς  
 aut sanè cū quali timore diuinæ  
 illius carnis denudas linteū? quo-  
 modo verò noueras circumspet-  
 tē oculū reprimere cum horro-  
 re intuens cūm detegebas naturā  
 carnis Dei, qui est supra naturā?  
 nūmnā enim nūmnā, dic mihi δὲ  
 Ioseph, ad orientem versūs lepe-  
 lis mortuū, Orientem orientum?  
 Num verò & tuis digitis, vt mor-  
 tuo conuenit, Iesu claudis ocu-  
 lum, qui immaculato digito cæ-  
 ci aperuit oculum? num verò &  
 os concludis, qui balbo reclusit  
 os? num verò & manus contra-  
 his, qui extendit arefactas ma-  
 nus? num & pedes, vt mortuo  
 cōuenit, vincis, qui dedit immo-  
 tis pedibus, vt ingrederentur?

B iij

num

num & in lectum tollis, qui paralytico iussit: Tolle grabatum tuum & ambula. num verò & vnguentis vngis, qui se cœlesti vnguento exinanuit, & mundum sanctimonia repleuit? num & diuini corporis adhuc sanguine fluens illud Iesu abstergere aedes latus; qui profluvio sanguinis laborantem sanavit Deus? num verò & aquis abluis corpus Dei, qui omnes abluit, & à labe purgationem præsttit? Quales verò tandem & lampades incendes luci inaccessæ illuminanti omnē hominem? Quales verò catabis funebres nænias, quisine ullo silentio laudatur ab omni cœlesti exercitu? num verò & lacrymas fundis, ut super mortuū: qui lacrymauit mortuum Lazarum quadriduū, eumq; fuscitauit? num verò & lessum facis, qui omnibus gaudiū largitus est, & tristitiam Euæ dissoluit? Attamen beatas iudico tuas manus ô Ioseph, quæ ministrarunt & contrectarunt sanguine adhuc fluētes diuini corporis Iesu manus & pedes: beatas prædicto tuas manus, quæ appropinquarent Dei lateri sanguine fluenti, ante

Thomam

ἀκινήτοις ποσὶν. ἀρα καὶ ἐπὶ κλίνης ἄργεις τὸ τῶ παραλύτω κελεύσαντος σέτε την κραβατον καὶ περιπάτει. ἀρα σὲ καὶ μύροις κνοῖς, τῷ δεσμώμυρῳ τῷ ἑαυτῷ κενόσαντο καὶ κόσμον αγάπαντο. ἀρα καὶ τὴν θεόσωμον ἔτι αἰμορρόστατην ἐκείνην Ἰησοῦ ἐμπάξας τολμᾶς πλευρὰν, τοῦ τὴν αἰμορρόστατην ιαταμένου Θεοῦ. ἀρα σὲ καὶ ὑδαστητατούντης σῶμα Θεὸν. τὸ πάντας ἐπιστήναντο, καὶ τὴν κάθαρσιν σέργαντο. ποιας σὲ εὔρειαν καὶ λαμπάδας υπανάψης τῷ φωτὶ τῷ ἀπροσίτῳ, τοῦ φωτίσαντος πάντας ἀνθρώπους. ποιας σὲ καὶ ἀστεῖς Πιπιταφίους ὁδίας τῷ απογήτῳ αἰνουμένων τῷ πάσῃσιν οὐρανίου στρατίᾳ. ἀρα σὲ καὶ μακρορόσης ως νεκρὸν τὸν μακρύσαντες πατέα νεκρὸν τελεαπήμερον τὸν λάζαρον, ἀνασήσαται. ἀρα σὲ καὶ θεόντους ποιεῖς, τῷ τὴν χειρὰν πᾶσι σῆσαρτι: καὶ τὴν λύσην τῆς Ευας μηδαλύσατι. Ομίως μακαρίζω σου τὰς χεῖρας ἡ Ιωσήφ τοσουργησάτας, καὶ ψηλαφησάσας ἐτι αἰμορρόστατὰς τὰς θεοσώματος Ἰησοῦ χεῖρας καὶ πόδας. μακαρίζω στὰς τὰς χεῖρας, προσεγγυτάσας τῇ τοῦ Θεοῦ αἰμορρόστητην πλευράν, πρόθωμα τοῦ πιστοῦ ἀπό-

58

## ORATIO

Ἐγὼ ἡ ἐπανυμένη περιέργη. μακάριζω σου τὸ σόμα ἐμπληθέντος ἀπλήσιας καὶ ἐναθέντος ἀρρώστῳ. Ἰησὺς τὸ σόμα ὡς ἀνέμριας αὐγίς ἐκεῖθεν πληρωθέντος. μακαρίζω σὺ τὸ ὄφθαλμὸς πεσεθεῖας λοιστὸς Ἰησὺς ὄφθαλμοῖς, καὶ τὸ φῶς τὸ αληθινὸν ἐκεῖθεν μεταλαβόντας. μακαρίζω σὺ τὸ πρόσωπον προσπελασατος πρὸς τὸ τέλος πρόσωπον. μακαρίζω σὺ τὴς ἀμφὶς ἄμφις Σασάσαιλας τὸ πάντα βασάζοντα. μακαρίζω σὺ τὴν κεφαλὴν εἰς ἡ προσῆγματον Ἰησὺς ἡ τάπιλων κεφαλὴ. μακαρίζω σὺ τὰς χεῖρας, ἐν αἷς ἔβαστας τὸν Σασάζοντα πάντα. μακαρίζω ἱωσήφ καὶ Νικόδημον γεγόνασι ψῆφο τῆς χερούβιμος Θεοῦ εἰς εαυτοῖς ὑψώσαντες καὶ φέροντες. γεγόνασι πρὸ τῶν ἐξαπειρύων Θεοῦ ὑπουργοῖ. οὐ πλέυσιν, ἀλλὰ συνδόνας τὸν κύρειον καλύψαντες, καὶ ἡμίσαντες. ἐν τῷ χερούβιμον τρέμουσι, τοῦτον ἐστι τῶν ἀμαντιωτῶν ιωσήφ καὶ Νικόδημος φέρουσι. καὶ πᾶσαι τῶν ἀσωματῶν τὰξις ἐξισανται. ἥλθε ψῆφος ιωσήφ καὶ Νικόδημος, οὐ κοῦν τινέδειμετας καὶ ὁ τῶν ἀγγελῶν θεόδημος. καὶ πεφθάνει χερούβιμος, καὶ σωτρέχει σεραφίμ. καὶ συνβασάντος φύρος,

καὶ κα-

## S. EPIPHAN.

15

Thomam fidelem incredulum, & in curiositate collaudatū. Beatum dico tuum os, qui impletus es insatiabiliter, & vnitus Iesu ori, & Spiritu sancto illinc repletus. Beatos tuos oculos appositos Iesu oculis, & lucem veram illic assecutos: beatam tuam faciem, qui appropinquasti ad Dei faciem: beatos tuos humeros, qui portarunt omnia portantem: beatum iudico tuum caput, cui appropinquauit Iesus omnium caput: beatas tuas manus, in quibus portasti portantem omnia: beatum iudico Iosephum & Nicodemum. Nam ante Cherubim Deum in suos armos sustulerunt, & extulerunt: ante angelos senis alis præditos Dei ministri facti sunt, non alis, sed sindonibus Dominum cōtexerunt & honorarunt: quem Cherubim tremūt, hunc in humeris Ioseph & Nicodemus ferunt; & omnes incorporeorum spirituum ordines obstupescunt. Venit enim Ioseph & Nicodemus: igitur cōcurrebat & omnis angelorum Dei populus, & anteuerunt Cherubim, & una currunt Seraphim, portantique simul Throni, & occulant senis a-

## ORATIO

lis præditi, & horrent multoculi,  
vidētes in carne Iesum oculis or-  
batum, & contegunt Potestates,  
canunt Principatus, horrent Or-  
dines, stupescūt omnes Virtutes;  
& inuicē miraculo attonitæ, hæ-  
sitantes loquūtūr: Quod hoc ter-  
rible verbū? qui timor? qui tre-  
mor? q̄ modus? quod hoc ingēs,  
& admirabile, & omnē superans  
cognitionem spectaculum? Qui  
nobis in cœlo incorporeis spiriti-  
bus, vt Deus nudus nō est visibili-  
lis; in terra mortalibus nudus spe-  
ctatu facilis. Cui adstant Cheru-  
bitum cum tremore; hūc Ioseph &  
Nicodemus sepeliūt sine timore.  
Quando descendit qui superā nō  
deserit? quomodo egressus, qui  
intus est? quomodo venit in ter-  
rā qui omnia implet? quomodo  
exiuit, cunctos latēs? Qui, suprà  
cū patre vt Deus sine seiunctiōe;  
infrā cum matre, vt mortalis verè  
absq; seiunctione. Qui nunquam  
nobis apparuit hominibus, vt ho-  
mo, simulq; hominū dilector De-  
us illuxit. quo pacto inuisibilis,  
visus est? quo pacto expers mate-  
riæ, carnem assumis? quomodo iu-  
dicio indolēs, passus est? quomodo iu-

dex co-

## S. EPIPHAN.

καὶ καλύπτει τὰ ἔξαπέρυγα, καὶ  
φρίσουσι τὰ πολυόμματα, ὁρῶν-  
τα ἐν σαρκὶ Ἰησοῦν αόμματον. καὶ  
συγκαλύπτουσι σμύάμεις, καὶ ἀ-  
δουσιν αἱ ἀρχαι καὶ φρίσουσιν αἱ  
τάξεις. καὶ ἔξιστο τὸ πάσα γδιά-  
μεις. καὶ θαμβουμέναι πέρις ἑα-  
τὰ διαποροῦσα λεγουσι. τίς έτος  
ὁ φοβερὸς λόγος; καὶ φόβος, καὶ  
τρόμος, καὶ τρόπος; τί τέτο τὸ  
μέγα καὶ ταραδόξον καὶ ἀκατά-  
ληπτὸν Θέαμα; ὃ ἄνω ἡμῖν τοῖς ἀ-  
σωμάτοις ὡς Θεὸς γυμνὸς ἀθεω-  
ρητος. πάτω βροτοῖς γυμνὸς εὐ-  
θεώρητος. ὃ ταρίσεται χερου-  
βίμ μετ' εὐλαβεῖας τέτον Ιωσήφ  
καὶ Νικόδημος κυψέουσον μετ' ἀ-  
στένας. πότε κατῆλθεν, ὃ τὰ ἄνω  
μὴ λειτῶν; πῶς ἔξηλθεν, ὃ ἔσω  
ἄν; πῶς ἥλθεν ἐπὶ γῆς ὃ τὰ πάν-  
τα πληρῶν; πῶς ἔξειδι ὃ τάν-  
τας λαθὼν; ὃ ἄνω μετὰ Πατρὸς  
ὡς Θεὸς ἀνελλειπῶς, πάτω μετὰ  
μητρὸς ὡς βροτὸς ἀληθῶς ἀνελ-  
λειτῶς. ὃ οὐτώτοις ἡμῖν ἐπιφα-  
νεῖς, ἀνθρώποις ὡς ἄνθρωπος ὁ-  
μοῦ καὶ φιλάνθρωπος Θεὸς Πτι-  
φανεῖς. πῶς ὁ αόρατος ὄραζη;  
πῶς ὁ ἀύλος ἐσαρκωθῇ; πῶς ὁ ἀ-  
παθῆσεως; πῶς ὁ κριτὴς εἰς

κρι-

κερτήσεον παρέσι; πῶς ή γωνίθε-  
νατου ἐγεύσατο; πῶς οἱ ἀχώ-  
ρητος ἐν τάφῳ καρεῖται; πῶς οἱ  
καὶ τῷ μνήματι, οἱ μὴ λειτών τὸν  
κόλπον τὸν πατερικὸν; πῶς πη-  
λαῖον πύλη εἰσερχεται, οἱ πύ-  
λας τοῦ παρεχθέου αὐοίξας, τὰς  
θύει πύλας τῆς παρθέου μὴ δι-  
αρρέας, ἀλλὰ πύλας τοῦ ἄδην  
συντείψας, καὶ πύλας ἐπὶ Θω-  
μῷ μὴ αὐοίξας, ἀλλὰ πύλας τῆς  
Βασιλίας ἀνθρώποις θιανοίξας,  
τὰς θύει πύλας τῷ τάφῳ καὶ σφρα-  
γίδας ἀθιανόμενος σώζων. πῶς  
θύει τὸν νεροῖς λογιζεται, οἱ τὸν νε-  
ροῖς ἐλευθερος. πῶς τὸ φῶς τὸ  
ἀνέστερον ἐν σκοτεινοῖς ὥσπει βανά-  
τον παραγίνεται πῶς πορένεται  
πῶς παραγίνεται, οἱ τὸν θανά-  
τον κερτηθεῖνα μὴ διώμενος. τις  
οἱ λόγος; τις οἱ τρόπος; τις οἱ φρεμῆ  
τῆς ἐν τῷ ἄδη ἀντοῦ πατέβα-  
σεις; Ταχά τὸν Αδάμ τὸν κατά-  
δικον καὶ ιμᾶν σύνδυσιν αἰνένεγκα  
κατέρχεται. ὅντως τὸ πειστόντα-  
σον ἀπολωλὸς πεόβατον ἔπιγνη-  
σαι πορένεται. πάντως καὶ τοὺς  
ἐν σκοτεινοῖς ὥσπει θανάτοις καθηρέ-  
νες έξελθαι Πτικέψαδαν. πάντως  
τὸν αἰχμάλωτον Αδάμ καὶ τὴν σω-  
αιχμάλωτον Ευαν τῶν ὁδῶν των λύ-  
σας πορένεται. οὖν καὶ οὗτος αὐτὸς ἀν-

dex coram tribunali stetit? quo-  
modo vita morte gustauit? quo-  
modo qui comprehendendi nequit,  
sepulchro continetur? quomo-  
do inhabitat sepulchrum, non  
deserto sinu paterno? quomo-  
do ianuam speluncæ ingreditur,  
qui ianuas paradisi aperuit; virgi-  
nis verò ianuas nō dirupit, sed ianuas  
inferni contriuit, & ianuas  
causâ Thomæ non aperuit: ve-  
rū ianuas Regni cœlorū homi-  
nibus adaperuit; ianuis sepulchri  
& sigillis intactis seruatis; qua au-  
tem ratione inter mortuos reputa-  
tur, qui inter mortuos liber?  
Quomodo lux non vesperascit in  
locis tenebris, & in umbra mor-  
tis adest? quò tēdit? quò aduenit?  
qui à morte superari non potuit?  
Quæ hæc ratio? qui modus? qui  
terror illius in infernū descensus?  
Fortasse an Adamum condemna-  
tum & nostri conseruum ut edu-  
cat, descendit? reuera principiō  
factā quæ perijt ouem requisitum  
it, omnino & in tenebris & in um-  
bra mortis sedētes inuisere vult:  
omnino captiui Adam & conco-  
ptiuam Euam ex doloribus solu-  
tum jt; quōd circa & filiū eius ma-

